



**Henrici Canisi[i] Noviomagi, Belgæ, Jn Academia  
Ingolstadiensi SS. Canonum Profess. Ordinarii & Primarii,  
Opera Quæ De Ivre Canonico Reliqvit**

**Canisius, Heinrich**

**Coloniae Agrippinae, 1662**

Caput VI. Casus, quibus antichresis jure permissa est.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62169](#)

tus in Manuali cap. 17. num. 248. vers. secundum, im-  
probat illam conditionem, ut res maiore pretio,  
quam empta est, redimatur per text. ejusdem cap. Il-  
lorum. Sed hic textus in duabus se fundat, ut ante  
dictum est; ita quod Navarrus eo se tueri non pos-  
sit. Puto tamen ejus sententiam veram esse, ubi  
major quantitas in odium redemptionis adjecta  
est, ut hac ratione retrahatur vendor a redi-  
mendo, pro quo oprimet facit text. in l. Julianus 14.  
§. ibidem Papinianus D. De act. empt.

Restant duo argumenta dissolvenda, que su-  
prà nu. 12. & nu. 13. movimus ex cap. i. &c Salubri-  
ter hoc tit. & ex c. Nuper 6. De donation inter virum &  
uxor. Sed prius argumentum commodius rejici-  
mus in caput proximum. Nisi quod & ibi citavi-  
mus l. 2. Cod. De pactis interempt. & vend. ubi dixi-  
mus, pactum hoc venditionis fundi adjectum va-  
lere, ut quandocumque velit vendor refuso  
pretio possit eundem fundum ad se revocare,  
cum tamen inter ea emptor perceptos fructus suos  
faciat, cur non item in antichresi? Diversitatis  
ratio hæc est, quod emptor rei a se empta factus  
dominus, rectè e usdum fructus luceretur tam-  
quam ex re sua provenientes, l. Quis sit 1. D. Deu-  
suri. At secus est in pignore, cuius dominium

cum in creditorem non transcat, fractus ejus  
tamquam rei alienæ non cedunt lucro credito-  
ris; sed ad restituendum vel imputandum eos in  
sortem tenetur, prout suprà dictum est. Nec  
quoque movet, quod antichresis & emptio in  
eumdem fiacem tendant, videlicet ad lucrando  
fructus rei: quia in modo diversitas est, cum em-  
ptio licitus modus sit, antichresis illicitus, upo-  
te usurarius. Simili ratione videmus hæc edita-  
rem recte testamento relinqui, non verò pactio-  
nibus, l. Hæreditas §. C. De pactis conventu. & l. Licet  
19. C. De pactis. Nam & in his modis diversitas est.

Quo verò ad argumentum ex d. c. Nuper, re-  
spondetur usum fructumque fundilicitè concedi  
alteri per viam donationis sive liberalitatis, l.  
Permissi 16. § fin. l. Si gratuitam 17. in princ. D. De  
prescriptis verb. & l. Aquilus 27. D. De donat quem-  
admodum & per viam commodati, l. 5 § 2. Com-  
modati. At per viam mutui illicite fructus fundi  
conceduntur, cum in mutuo ea tantummodò res  
in obligationem veniat, quæ data fuit: & ideo si  
quid amplius ejus ratione à creditore petitur vel  
retinetur usura est, l. Rogisti 11. §. si tibi decem & ibi  
Accursi. D. Si certum petatur, cum iiii, qua haec tenui di-  
ximus.

## C A P U T . V I .

Casus, quibus antichresis jure permissa est.

### S U M M A R I A .

1. Quibus casibus licet percipientur fructus rei oppi-  
norata.
2. Explicatio c. 1. in fine hoc tit.
3. & 4. Cap. i. de feudis &c. Conquestus hoc  
tit & deratione utriusque.
5. Hostiensis sententia probatur contra Covarr.
6. 7. De cap. Salubriter hoc tit. & de ejuratio.
8. Tunc ratio ipsius textus quam quæ à Dd singitur.

**Q**uae de antichresi superiori capite disse-  
quimus, non sunt perpetua; habent enim  
suas limitationes sive exceptiones, ut vul-  
go recepto more loquimur. seu, ut ego malim,  
suas declarationes, ita quod sub antichresi pro-  
priè non comprehendantur. Una earum est in cap.  
2. hoc tit. ubi cum Alexander III. §. Pontifex in  
Concilio Turonensi decrevisset, ne quisquam  
Clericorum genus aliquod usuræ exercearet, can-

dem in fine ejusdem cap. hæc verba subjicit: Ni  
fortè Ecclesia beneficium fuerit, quod redendum ei hoc  
modo de manu laici videatur. Hæc igitur una exce-  
ptio est sive declaratio, quā antichresis permissa  
est. Siquidem ex his verbis textus constat. Cleti-  
cum posse beneficij sui fructus à laico in iuste pos-  
selli & sibi pro munro obligari, licet percipere  
& retinere; ita quod non cogatur eos in extenua-  
tionem sortis referre. Et ratio est, quia haec specie  
nullum lucrum facit Clericus (quod alioqui ne-  
cessere est in usura, ut sup. cap. i. latius deduximus)  
sed potius hac viâ redimit id, quod ad se legitimè  
spectabat. Quod & Glossa ibid recte transcripsit ad  
quemvis laicum, ut & is non minus possit hac ea-  
dem via possessionem rei sua avocare ab injusto  
possessore. Suaderet enim id eadem ipsi æquitas. In  
quam rem confert elegans textus in cap. Dominus  
xxiiii. quest. 1. & in fin. D. De conduct. ob turpem cau-  
sam. Nam hoc posteriori textu is, qui pecuniam  
acepit ejus nomine, quod alioqui gratis præsta-

M m m 2 te de-

re debebat, puta, ut depositum apud se redderet, vel commodatum restitueret, turpiter agere dicatur; atque idcirco ad restituendum quod accipit, conductione ob turpem causam tenetur. Idem agitur recte & in Clerico rescriptum est in a. c. i. ut & is beneficii sui fructus, qui jure ad se spectant, per pignoris causam recuperare possit.

<sup>3</sup> Altera exceptio hinc declaratio est in c. Conquistus 3. in fine hoc sit. quo feudi dominus fructus rei feudalis in pignus sibi concessae a vasallo licite quoque retinet, neque tenetur eos in exonerationem fortis imputare. Similis textus extat in c. 1. sup. De feudis. Sed hujus cap. 1. quod plenius est, contextum audiamus, cujus verbis sunt: Insignatione presentium declaramus, quod gangeria, id est, hypocheca ita cum hoc verbum interpretatur Hostiensis ibidem quam de feudo Ecclesiae ab M. digno seru recepisse, a te potest liberè detineri. si tamen non computari in fortem; ita videlicet, si quādū fructus illos percepī in fortem minime computandos, idem M. a seruato, in quātib[us] & Ecclesia sua pro feudo ipso tenetur, insirmis immunit.

<sup>4</sup> In reddenda hujus exceptionis ratione multum laborant locti preterpres. Glossa ibidem in V. immunit, hanc rationem adserit, quod id receperum sit in favorem Ecclesie, ut eō citius feodium ad Ecclesiam reveratur, quasi ex Glossa sententia aliud observandum sit in laico. Sed hoc commentum Glossa recte cibis rejicit Panormit. Si enim legitimè concessum est feodium, profecto non debet Ecclesia idem usurpationem committere, ut hac via utilitatem feudi ad se revoeat; cum ne quādem pro alterius vita redimenda usura permittarat, e. Super + hoc sit. Ceteras rationes vide apud P. auermit. & Joan. ab Imola in idem c. 1. quashic no[n] attinet repetere.

Quarum tamen optima videtur h[oc]c Hostiensis, quod scilicet id proveniat ob naturam feudi, cuius dictum dominium manxit penes ipsam Ecclesiam. Unde si postea, mutata voluntate vasalli per causam pignoris, utile dominum revertat ad dictum, consolidatur quodammodo utile cum dñe eto domino; ut hinc Ecclesia non tam dicatur ex alio re fructus percipere, quam ex proprio. Iacutum liberatur vasillus ab obligatione, quā Ecclesie autē obligatus erat, a. cap. 1. Arque hanc rationem probare etiam videatur Panormit & Joan. ab Imola in d. cap. Et Dominicus Soto de Inf. Esarchis 6. quāsi 1. art. 2. p[ro]f. med. & communem nisi eniat. Covarr. Variar. resol lib. 3. ca. nu. 4. Adē quod decisio ejusdem c. 1. Et d. c.

Conquistus in fine, locum sibi vindicet tam in laico quam in Clerico. Quamvis eam conetur instigere idem Covarr. loco jam citat. ex eo, quod falsum putet, per dationem pignoris consolidari utile dominium cum dñe & addit, debitor utilis dominus adhuc manet. Et ius nomine fructus a credore percipiuntur. Praterea, etiam si fateremur, inquit, dominium utile considerari hac specie cum directo, minime tamen laborem usura effugimus, siquidem lucrum hoc consolidationis ultra sortem ratione mutui accipitur, & ideo vere usura committitur.

Unde ipsi aliam rationem reddit, ex sententia Innocentii & aliorum; quod ideo fructus feudi oppignorati cedant ipsi domino, quia frequentissime aut, fructus rei feudalium sunt ejusdem estimationis & valoris, cuius ipsa servitia ipsa opera, qua ratione feudi vasallo debentur domino. Cui consequens esse vult, ut, si fructus excedant estimationem servitiorum, non aliter eos lucretur dominus, quam quandocumque cum servitio concurrunt. Quia ratio non videtur convenire textu in d. c. Conquistus. Quare potius, textum ipsum loquenter audiamus: Conquistus est nobis C. Clericus, & inf. Dictioni vestra mandauimus, quatenus si terram ipsam titulum pignoris dñe natus, ex de fructibus ejus sortem accepisti, predictam terram Clerico memorato reddatis; nisi terra ipsa de feude sit monasterii vestri. Ecce generaliter statuit S. Pontifex, fructus rei pignorata in sortem imputari debere, præterquam ubi ipsi domino feudum pignoris nexus obligatum est. Et profecto non video (si haec a praecedentibus verbis vera limitatio est, ut revera est) cui non similiter debeat intelligi de fructibus feudi a domino perceptis, ut hi omnes in loco cedant domino, non quidem in compensationem servitiorum remissorum, justâ eorum estimatione factâ; sed ideo, quod amplius apud vasallum non sit feendum, cuius causâ servitia debebantur, atque idcirco cessante causa, celer quoque effectus ejus, hoc est, feudo jam ad dominum reverso, tamquam causa, cessat quoque servitio. De appellacione. Tiraq. in tract. Cessante causa n. 195. Nec certe video, quomodo hoc casu servitiorum estimationis iniiri possit, cum ea incerta sint, & non tantum in operis præstandis versentur, sed & in subministrando consilio, in monendo dominum, si quid iorū maleficū in eum intentetur, &c. de quibus in libris Feudor. cap. de forma fidelit. cum cap. seg.

Quod sit, ut Hostiensis rationem magis convenire existimat textui in d. c. Conquistus, & in d. cap. 1. sup. De feudis, eo quod simpliciter loquantur,

nulla compensationis fructuum cum oneribus  
feudi mentione facta.

Ubi tamen meminisse oporteret, ut si feudum  
curia & industria vasalli cultius & fructuosus  
redditor sit, quam fuerit tempore investituræ,  
quod hac specie non integri fructus cedant do-  
mino, sed regrediuntur sint ad quantitatem ejus  
temporis, quo feudum concessum est; ut si si u-  
etus ex nova causa percepti ipsi vasallo restituantur.  
Quod et si negat Dominicus Soto art. 2.  
ideo quod vasallus onere excolendi feudi libera-  
tur; tamen suadet omnino æquitas, ut estimatio  
ejus, quo melius factum est feudum, vasallo, non  
domino cedat.

**6.** Tertia exceptio sive declaratio desumitur ex  
cap. Salubriter 16, hoc ist. ubi gener fructus posses-  
sionum, id est, agrorum pro dote sibi obligato-  
rum, recte percipit, neque in dotem nondum sibi  
traditam imputat. Sed & hic verba textus audi-  
mus, ut ex res explicator sit: *Sane generum, in-  
quit, ad fructus possessionum, qui sibi à sacero sunt pro  
numerata dote obligata, computandos in fortē non er-  
dimus compellendum; cū frequenter dote fructus non  
sufficiant ad onera matrimonii supportanda.*

Ubi animadvertisendum est, quod textus ait, pro  
numerata dote exaudiendum esse, pro promissa do-  
te, ut & interpretatur Hostiensis, & Joan. An-  
drea, & Joannes Vd quos mihi viderelicuit, alii  
textum supplerem velimus hoc modo, pro nume-  
rata dote & rursus recepta a saceroto, ejusque no-  
mine affigatis genero possessionibus. Idque pro-  
pius mihi videretur, ne à propria verborum signifi-  
catione temere discedamus. *argum. l. Non aliter 67.  
D. De legatis.* Sed & res in idem recidit, sive di-  
camus pro dote numeranda, sive pro dote nume-  
rata quidem, sed non plenè tradita possessiones  
pignoris obligatas esse. Semper enim superest  
hæc questio, utrum gener fructus possessionum  
licit lucretur, vel computare eos tenatur in  
extenuationem dotis nondum exolutæ, vel certe  
cum effectu nondum tradita? & expressè negat  
textus in d. cap. Salubriter: cui consequens est, ut  
luero cedant genero salva dote, quod profecto  
tamquam usurarium adversari videtur e... *¶ c. 2,*  
*sup h. t. & iis, quæ ante tradiimus de antiebris.*

**7.** Quare in hujus rei constituta ratione vehe-  
menter contendunt Od. nostri: sicut videre est  
apud D. Covar. lib. 3. *Var. refolut. cap. 1, num. 3, ¶*  
*4, & Mart. Navarrum in can. Si funerali xiv.  
quasi 3, num. 64, in tract de Usuris.* Sunt, qui id fieri  
existimant propriæ interesse damni emergentis

vel lucri cessantis: ut quia gener ob non solutam  
dotem, patrimonii sive suarum rerum jacturam  
patitur, accipiendo scilicet pecuniam sub usuris,  
vel annuos redditus emendo pro oneribus matri-  
monii sustinendis, aut omitendo lucrum, quod  
alias ex dote facturus erat. Et hæc ratio passim à  
Dd. probatur. Sed planè eam reiicit Navarr d. n.  
64, eo quod non conveniat textui, aut si conve-  
niat, nullum discrimen supersticet inter doris & al-  
terius rei debitum, quod absurdum putat. Alii  
putant, quod sacer consuetus donare genero fru-  
ctus pignoris, donec dos exoluta fuerit. Quæ ra-  
tio Medina est, teste Navarro, quam & ipse re-  
felliit, eo quod d. c. Salubriter nullo donationis ti-  
culo innitatur. Sunt tertii, inter quos nominatim  
recensetur Fortunius Garsias de ultimo fine juris,  
illat 6, quod cum pater teneatur ad alendam fili-  
am suam, videatur ipse fructus pignoris permit-  
tere genero loco alimentorum. Sed & hanc im-  
probat idem Navarrus, quod nimium restringat  
decisionem d. cap. Salubriter, ut scilicet tantummo-  
dò ipsi locus sit in genero recipiente pignus à so-  
cero suo; cum eadem & ad quenlibet extraneum  
merito transferri debeat.

Nec tamen ipse Navar. *ibid. num. 66*, meliorem  
alii rationem adferit: nam putat eum, qui dotem  
promisit, tacitè convenisse de tanto emolumento  
capiendo, quantum prudens & diligens maritus  
collegisset ex dote, si soluta fuisset; ac proinde  
fructus pignoris succedere in vicem huius emol-  
umenti tacite promissi. Verum hæc ratio, si be-  
nè inspicatur, incidit ex parte cum prima ratio-  
ne, quam antè attulimus; aut certè Navar. ob-  
scuritate sua rem involuit, ut facile intelligi non  
possit.

Mihi semper rutius visum est, ut à ratione tex-  
tus minimè discedatur; quæ hæc est, quod ideo  
geoer lucretur fructus pignoris, quod frequenter  
doris fructus non sufficiant ad onera matrimonii suppo-  
randa. Hanc enim rationem dicit sive ait reddit  
textus in d. c. Salubriter. In his vero consistunt o-  
nera matrimonii, ut maritus uxorem elat & cu-  
ret cum ancillis sive famulis, si quos habet, l. Si  
cum dotem 23, § si autem D. Soluto matrimonio l. Si quis  
pro uxore 22, in princ. & 6. 1, l. De donis inter virum  
& uxorem. Et quia hæc onera variè incidente fo-  
lent, vel propter morbum, partum, vel profec-  
tionem uxoris cum marito, vel timore; ideo fit,  
quod propter dubium horum eventum permit-  
tat summus Pont. in d. c. Salubriter, ut fructus pig-  
noris pro dote constituta lucre percipiat & reti-  
neat

neat maritus, non imputando eos in extenuationem doris promissa & non soluta. Accedat & ineetus fructuum eventus, qui & in hac re attendi debet, 1. Si ea lge 17, C. De usur u& recte considerat summus Pont. in specie c. fin h. t. dum excusat eum ab usura, qui merces pluris vendit, vel minoris emit ob solutionem dilatam in id tempus, quo incertum est, an pluris vel minoris merces sint valiture. Curigitur non similiter eadem ratione excusabitur gener, propter onera matrimonii incerta, & dubium fructuum sive emblemumenti eventum? Quid sit, ut decisio d. cap. Salubriter non tantum locum habeat in sacerdo &

genero, verum etiam in ceteris dotem promittentibus, ob eamdem &quitarem. Quam & probat Dominicus Soto de Inst. & jure lib. 6, quib. 1, art. 2, ferè circa finem. Quamvis & secunda ratio supra allata non videatur planè improbanda in promissore doris, qui scit fructus pignoris excessus utilitatem doris, vel si pensionem maiorem annuatim constituit pro dote, quam fert mos patria, idque sciens prudensque, non coactus fecerit, propter juris regulam: Cuius per errorem dati repetitio est, ejus consultò dati donatio est, 1. Cujus per errorem 53, D. De R. I.

## C A P V T VII.

## De restitutione usurarum.

## In Cap. Cum tu manifestos 5.

## S U M M A R I A.

3. Manifestus usurarius quis.
2. Poena in usurarios varia.
3. Ad restitutionem usurarum quirentur.
4. Quid si usurarii vel heredes non sint solvendo?
5. Item quibus si à debitoru remissa sint usura non soluta.
6. Item si juramentum de solvendis usuris, vel non repetendis accesserit.
7. & 9. Conciliatio c. Consuluit h. t. cum c. fin. inf. De Simonia.
8. Conciliatio Feliciani de Solis. 10. Sotis.
11. Navarri conciliatio probatur.
12. Usurarium recte excipere contra actorem etiam usurarium.
13. Rem ex usuris comparatam non esse ejus, à quo usura extorta sunt.
14. Sed an hypotheca iure ipsi obligata?

**M**anifestus usurarius is dicitur, qui palam fœnus exercet, ita quod nullam hujus rei excusationem possit obtendere; aut qui hoc crimen confessus est in iure, id est, in iudicio; aut de eo est condemnatus, cap fin sup. Decobabit. Clericor. cap. Cum olim 24, & cap. Super 26, inf. De verb significat. Et quamvis de manifestis loquatur tantum hæc Decretalis, idem tamen obtinet & in occultis usurariis, quod ad restitutionem usuratum attinet in conscientia foro. Nam contra eos aliae poenæ fori exterioris cessant; cum la-

tentia delicta publicè non vindicentur, cap. fin. xxxii. q. 5.

Itaque cum & aliae poenæ in usurarios statute sint à sacris Canonibus, liber hie & cap sequenti omnes recensere & breviter perstringere. Quare prima est, restitutio usurarum, quæ licet vera poena non sit, sed potius restitutio ejus quod iuste alteri debetur; nihilominus eam inter penas placet hic annumerare. Altera est, excommunicatio. Tertia, privatio communionis oblationis altaris & sepulturæ Ecclesiastice. Quarta, testamenti interdictio. Quinta, infamia ex multorum sententia.

Igitur quod ad restitutionem attinet, ea planci necessaria est. Cum enim usura rapina instar sit, can. Si quis usurarum xv. quas. 4, utique restitutiō subjaceret, & subsequenter non aboleret hoc crimen solā penitentiā, sed & restitutio opus est, juxta D. Augustini sententiam hoc textu relatam, Non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. Quæ postea à Bonifacio VIII. relata est in terjuris regulas, lib. 6, Decretal.

Ut hinc etiam Judæi recte cogantur ad restitutionem usurarum, tamquam alienæ rei iniqui possessores; quos nec convenit melioris esse conditionis quam Christianos, cap. Post miserabilem 12 & cap. penult. h. t. Sicut neque stultos quam prudenter, 1 Servus 4. D. Quod vi aut clam. Unde quoque consequens est, ut & ad heredes usurarum hæc restitutio pertineat, quatenus scilicet usura-